Præfigitur notitia sequens, "Hic liber jussu præclarissimi ac reverendissimi in Christo patris Domini, Gilberti, providentia divina Cantuariensis archiepiscopi, totius Angliæ primatis ac metropolitani, cum Record. Primit. collatus fuit ac examinatus per Guilelmum Wheler, militem et Baronettum."

XLIV.

Membranaceus, in 4to minimo, ff. 7 et 167, sec. XIV. ineuntis; olim Joannis Coniers, pharmacopolæ, postea Narcissi Luttrell.

Statuta in Anglia edita, dum regnum tenebant Edwardus I. et II. scilicet,

- 1. Magna Carta. fol. 1.
- 2. Carta de foresta. fol. 5 b.
- 3. Provisiones de Mertona. fol. 8 b.
- 4. Statutum de Marleberga. fol. 11 b.
- 5. Statutum Westmonasteriense primum; Gallice. fol. 19.
- 6. Statutum de Glocestria; Gall. fol. 34 b.

- 7. StatutumWestmonasteriisecundum. fol. 39 b.
- 8. Statutum de emptoribus terrarum. fol. 70.
- 9. Statutum de religiosis. fol. 70 b.
- 10. Statutum de mercatoribus. fol. 71 b.
- 11. Statutum de finibus. fol. 74 b.
- 12. Statutum de conjuncto feoffato. fol. 77.
- 13. De defensione juris admissi. fol. 79.
- 14. Statutum de Quo warranto. fol. 80.
- 15. Distinctiones scaccarii. fol. 80 b.
- 16. Statutum de finibus et attornatis. fol. 81 b.
- 17. Articuli contra regiam prohibitionem. fol. 82.
- 18. Statutum Wintoniæ. fol. 83 b.
- 19. Statutum de vasto. fol. 86 b.
- 20. De bigamis. fol. 87 b.
- 21. De vocatis ad warrantum. fol. 88 b.
- 22. De recognitoribus. fol. 89 b.
- 23. Statutum de Berewik. fol. 91.
- 24. Visus Franciplegii. fol. 91.
- 25. Dies communes in Banco. fol. 92.
- 26. Statutum Eboracense; an. 12. Edw. (II.); man. sec. fol. 93 b.
- 27. "Comite de Dreit;" Gall. fol. 97. Sequentur manu recentiori;
- 28. De prærogativis Regis. fol. 146.
- Explicatio vocum quarundam juridicialium sive curialium. fol. 149 b.
 Incip. "Sook; hoc est de secta homagii."
- 30. Statutum de pistoribus; etc. fol. 151 b.
- 31. De anno et die Bissexti. fol. 153 b.
- 32. Compositio de ponderibus. fol. 154.
- Articuli super cartas anno regni Edwardi, filii regis Henrici, xxviii. editi; Gall. fol. 155 b.
- 34. De militibus faciendis; 7. Edw. I. fol. 159 b.
- 35. Compositio monetæ et mensurarum. fol. 161.
- 36. Statutum Hiberniæ de cohæredibus; etc. fol. 161.
- 37. Statutum panis et cervisiæ. fol. 162 b.
- 38. Officium Coronatoris. fol. 163.
- 39. Compositio universalis et particularis. fol. 165 b.
- Statutum de inquisitionibus pro domino Rege captis. fol. 166.

XLV.

Codex chartaceus, in 4to., ff. 87, sec. XVII.

Leges Howelli Dhâ, regis Cambriæ, editæ anno Domini 940, alias anno 928.

De legibus istis lector consulat Spelman. Concil. tom. i. pp. 408, 413.

XLVI.

Membranaceus, in 4to, ff. 193, sec. XII., binis columnis exaratus. In fronte scriptum est, "Ex dono regis Henrici VI. Oretis pro inclito statu ejusdem."

Eusebii, Cæsariensis episcopi, Historia Ecclesiastica libris undecim digesta et a Rufino presbytero e Græco in Latinum traducta, cum ejusdem Rufini præfatione præmissa.

In fine, "Explicit liber undecimus ecclesiastice hystorie; habet annos cccc. in summa."

XLVII.

Chartaceus, in 4to, ff. 289, sec. xv.; olim, anno scilicet 1462, peculium Philippi Polton, archidiaconi Glocestrensis.

 Petri de Palude, sive Paludani, de causa immediata ecclesiasticæ potestatis liber. fol. 1.

Exstat impress. Paris. 1506.

 Eusebii Hieronymi Chronicon, cum Prosperi continuatione. fol. 76.

Præmittuntur adjuratio et præfatio.

In fine, "Hic finit Prosper post Ieronimum. Explicit cronica Eusebii Ieronimi presbiteri. Gracias Domino nostro Jhesu Cristo. Amen dicant omnia."

 Chronica ab exordio mundi usque ad tempora Heraclii et Sisebuti Principum, cum præfatione, [auctore Isidoro, Hispalensi.] fol. 152.

> Incip. præf. "Brevem temporum seriem per generaciones."

Cf. Chronica, ed. Roncall. part. ii. col. 419.

 Sexti Rufi [annumerationis Romanæ historiæ liber], cum prologo ad Valentinianum II. fol. 160.

Exstat in Epitome Hist. Roman., edit. Florent. 1723, tom. ii. p. 5.

 Sermo ad clerum die sancti Johannis Apostoli et Evangelistæ factus coram Martino papa V. et cardinalibus anno 1423, per magistrum Andream [Escobar], episcopum Civitatensem, postea Asacensem. fol. 172.

Incip. "Pater, etc. Tocius religionis Christiane et reformacionis ecclesiastice finis est."

 Prosperi Aquitanici, [potius Juliani Pomerii,] de vita Contemplativa libri tres, cum prologis capitulisque instructi. fol. 191.

Exstat inter opera, edit. 1782, tom. ii. p. 1.

 S. Bernardi, abbatis Clarævallensis, ad Henricum, archiepiscopum Senonensem, liber de vita prælatorum, prævia epistola dedicatoria. fol. 220 b.

> Exstat inter opp. ed. 1690, tom. i. col. 461. In calce, "Totus tractatus precedens est correctus in papiro isto, et scriptus ad librum alium de pergameno sed non correctus in eo."

- 8. Simonis de Salterella, Florentini, ordinis Prædicatorum, Sermones plures. fol. 229. Incip. 1. "In prima dominica Advent. coram Urbano. Videbunt filium hominis, etc. Reverendissimi patres, etc. Ex scripturarum sacrarum auctoribus."
- Anonymi cujusdam de pace inter reges Franciae et Angliæ (Carolum VI, et Henricum V.) firmanda oratio, in ista 'Exspectavimus pacem et ecce turbatio.' fol. 274.

Incip. "Ecclesie militantis suppreme ierarcha et ovilis Dominici."

Desin. "eternitas est mensura. Amen. Deo gratias."

10. "Collatio recitata in generali concilio Constantiensi anno 1417, dominica decima septima, die mensis Octobris, qua legitur est Evangelium, 'Simile est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias,' etc. per Joannem Hugenetti (de Metis") etc. fol. 279.

Cf. Hardt. Concil. Constant. tom.v. inter Prolegomena, p. 26.

11. Articuli concordiæ inter Carolum VI. regem Franciæ et Henricum V. Angliæ regem. Dat. Trecis, 21 Mai. 1420. fol. 287.

Cf. Rymeri Fædera, tom. ix. p. 895.

XLVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 68, anno circa 1300 duabus columnis exaratus; olim Josephi Ingram, coll. Omn. Anim. socii.

Bonifacii Papæ VIII. Sexti Decretalium libri quinque cum procemio præmisso.

In fine tit. de regulis juris, "Explicit liber Sextus Decretalium. Data Rome apud sanctum Petrum quinto nonas Marcii, pontificatus Bonifacii octavi anno quarto."

XLIX.

Membranaceus, in folio majori, ff. 317, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

Justiniani Imperatoris Digestum Vetus cum commentariis perpetuis præcipue Fr. Accursii, tabula titulorum præmissa.

Impress. exstat in Corpore Juris Civilis edit. Lugd. 1627, tom. i.

In fine Digest. "Explicit textus Digesti veteris; Deo gracias."

In fine comment. "Explicit Apparatus Digesti veteris."

Subjecta sunt fragmenta quædam juridica de restitutionibus, usufructibus, etc.

L.

Membranaceus, in folio majori, ff. 284, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Joannis Southam, archidiaconi Oxoniensis et coll. Omn. Anim. socii.

Justiniani Imperatoris Codicis libri novem priores, cum commentariis præcipue Fr. Accursii perpetuis illustrati; in fine mutili.

Cf. Corpus Juris Civilis edit. Lugd. 1627, tom. v.

Defic. a verbis in rubrica "De calumniatoribus: 'Quisquis crimen intendit non imp—'"

LI.

Membranaceus, in folio majori, ff. 279, sec. xiv.; manu Gulielmi Plenus-amoris binis

columnis bene exaratus; mutilus, abscissis quidem litteris initialibus ornatis.

Justiniani Imperatoris Infortiatum, seu Pandectarum juris civilis tomus secundus, cum commentariis perpetuis præcipue Francisci Accursii notisque aliis recentioris scripturæ instructum.

Impress. cum glossis iisdem aliisque in Corpore Juris Civilis ed. Lugd. 1627.

In fine, "Explicit Apparatus Inforciati, Deo gratias."

Sequentur,

"Si sapiens fore vis sex serves, que tibi mando. Quid dicas, et ubi, de quo, cui, quomodo, quando Vinum scriptori . det Petrus de Meliori. Nomen scriptoris . Guilelmus Plenus-amoris."

LII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 300, sec. XIV., binis columnis manu Magistri Mutinensis bene exaratus; initio mutilus.

Justiniani Imperatoris Digestum Novum, sive Pandectarum tomi tertii pars secunda, scilicet a lib. xxxix. ad l. cum Francisci Accursii aliorumque commentariis perpetuis.

Impress. exstat ed. Lugd. 1627.

In calce, "Dominus Bonifacius de Galluciis, doctor legum in jure canonico.

Explicit glosa digna nomine, Deo gratias, Amen, Amen, Amen."

"Ego magister Mutinensis scriptor, Diana, salutem, etc."

LIII.

Chartaceus, in folio, ff. 230, sec. xv.; olim peculium Simonis Northew, rectoris de Methyng, Cicestrensis dioceseos.

 Thomæ Chyseldene, in decretis Doctoris, Reportata in Clementis papæ V. Constitutiones. fol. 1.

Incip. "Johannes Episcopus. Con. Pan. Papa multis modis."

In fine, "Explicit tractatus domini digni super titulo de regulis juris, etc.

Manus scriptoris . careat gravitate doloris,"

Ejusdem "Reportorium quarti libri Decretalium" [Gregorii Papæ IX.] fol. 126.
 Incip. "De Francia. Sic sumitur mulier."

 Joannis Andreæ, Bononiensis, Summula quarti libri Decretalium de sponsalibus et matrimoniis. fol. 192.

Exstant inter Tractatus Universi Juris tom. ix. fol. 2.

Ejusdem Thomæ reportata in titulos in Clementinis, qui sequuntur, "de officio et potestate judicis, de censibus, de præscriptis, de regularibus transeuntibus, et de statu monachorum." fol. 196.

Incip. "Rubrica ista continuatur ad precedentes."

LIV.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 215, anno 1417 manu Jo. Elveden binis columnis exaratus; mutilus et madore corruptus.

Francisci Zabarellæ, seu de Zabarellis, super Constitutionum Clementinarum libris quinque commentarii, cum proœmio.

Exstant impress. Venetiis, 1487.

In fine, "Explicit lectura eximii doctoris domini Francisci de Zabarellis super Clementinis, scripta per manus Jo. Elveden finitaque anno Domini millesimo cccc^{mo}. xvii^o. die sexta mensis Maii; ergo Te Deum laudamus."

LV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 351, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; olim Joannis Lyndfeld, archid. Cicestrensis.

- Azzonis Bononiensis summa super novem libris codicis Justiniani cum procemio. fol. 4.
- Ejusdem summa super quatuor libris Institutionum cum proœmio. fol. 140.
- Ejusdem summa in quasdam rubricas Digestorum. fol. 156.

In fine, "Explicit summa Jo. B. super quibusdam titulis Digestorum."

Omnia Azzonis opera supradicta impressa sunt Papiæ anno 1494, et alibi. 4. Libellus de ordine Judiciorum compositus a Roffredo Beneventano, Juris Civilis professore, in quo opere continetur, qualiter concipiantur libelli et fiant confessiones, et de natura cujuslibet actionis poterunt studentes invenire; cum proœmio. fol. 168.

Prodiit Bononiæ, 1538.

Deficit a verbis, "si judex juste percipiat, aliquid—"

Præmittitur codici poema versibus leoninis expressum de abbate et priore Dor-(k)ecestriæ ad epulas vocatis.

Incip.

" Quisquis vultis bene sare Multum debet hic pensare, Nequid stultum sic narrare Si valde prudentia."

LVI.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 290, sec. xv.

Joannis de Platea, in Imperatoris Flavii Justiniani Institutionum, sive elementorum Juris civilis, libros tres priores commentarii.

Incip. " Nota in principio rubrice."

In calce, "Et sic est finis tercii libri Institutionum. Deo gratias.

Quo manus erravit scriptoris, corrige lector."

LVII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 317, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus.

Cini Pistoriensis, juris utriusque doctoris, super Justiniani Codice commentarii in libros octo distincti; prævia capitulorum tabula locuplete.

Tit. "Lectura famosissimi legum doctoris domini Ciny, de civitate Pistoriensi, super Codice feliciter compilata."

Incip. "Quia omnia nova placent potissime."

In fine, "Explicit liber octavus Cyri super Codice."

LVIII.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 43, sec. xvi.

Anonymi cujusdam in Flavii Justiniani Institu-

tionum, sive elementorum Juris civilis, libros quatuor commentarius, cum præfatione.

Titulus est, "In quatuor libros Institutionum Justiniani brevis commentarius."

Incip. præf. "Priusquam horum librorum explicationem aggrediamur."

Incip. comment. "Ad titulum i. de justitia et jure. Quoniam a justitia tanquam a fonte jus omne manat."

LIX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 245, anno 1406 manu Joannis Legam binis columnis exaratus.

Joannis Fabri, Burdegalensis, in Justiniani Institutionum libros quatuor commentarii,

Exstant impress. Venetiis, 1488.

In calce,

"In fine præsentis voluminis,
Gratia sit Deo unigenito Patris,
Alme Virgini ejusque matri
Gratia oblata pro posse
Ab ejus sit scriptore,
Gloriam cui in mortis die
Tribuant hii pro mercede."

Sequitur notitia ista, "Ego Johannes Legam Remensis dioceseos studens Aurelianus hanc lecturam finivi xv. die mensis Decembris, cum magnis vigiliis et sumptibus propriis, cum Dei auxilio; Deo gracias, anno Domini millesimo quadringentesimo sexto."

LX.

Chartaceus, in folio majori, ff. 221, sec. xv.; binis columnis descriptus, manu, ut videtur, Joannis Jouvenell.

Petri Jacobi de Aureliano Instrumentorum liber, posthabita rubricarum tabula.

In calce, "Opus præsens Deo actore vocatos cepi, sed postmodum in prosecucione senciens laborem et recognoscens meum rude ingenium timensque aliquem inimicum loqui pluries ex quadam fragilitate humana me incepisse penituit; sed, Deo occurrente, sine quo factum est nihil, ut in evangelio Joannis, Qui et est adjutor in tribulacionibus, ut in psalmo Davidis, Deus noster refugium et res penitus desperatas, donare et consummare sue virtutis magnitudine potest; ut C. de le. Ju. c. l. i. opus inceptum continuans ipsum ad finem per me optatum deduxi: Jo. Jouuenell."

Sequentur nonnulla de feodis, etc.

LXI.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 215, sec. xv., binis columnis exaratus; olim Jacobi Goldwell, coll. Omn. Anim. socii, et postea episcopi Norwicensis.

"Commentarius domini [Petri] Baldi [de Ubaldis] de Perusio, utriusque juris illustrissimi doctoris, super pace Constancie felicissimi ac gloriosissimi Imperatoris Frederici."

Exstat impressus Lugdun. 1550, fol. 117 b.

LXII.

Chartaceus, in folio majori, ff. 247, sec. xv.; utrinque mutilus.

Joannis a Fautis (?) in Gratiani Decreti partem secundam commentarii.

Incip. a verbis, caus. ii. quæst. i. c. 1, "ubi de hac materia."

Deficiunt a caus, xii, quæst. i. tit. "Bone rei."

LXIII.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 253, sec. xv.; olim peculium Gualteri Stone.

 Differentiæ quædam inter jus civile et jus canonicum existentes. fol. 1.

> Incip. "Differencias vero inter leges et canones, quas legi tempore repeticionis mee."

Prothodosini de Comitibus, (Prosdocimi Comitis?), alio nomine Petri de Urbe, Apparatus in processu sive ordine judiciario. fol. 8.

Incip. "Rex pacificus cunctorum causa effectiva et finalis."

In fine, "Explicit Prothodosinus in ordine Judiciario, alio nomine vocatus Petrus de Urbe." Modus procedendi contra hæreticum. fol. 119.

Incip. "In primis postquam hæreticus est denunciatus vel delatus."

 Bartholi cujusdam, forsan a Saxoferrato, libellus de pace. fol. 130.

Incip. "Satis quia unusquisque ad sui spiritus salutem intentus."

 Joannis a Lignano, jurisconsulti Bononiensis, tractatus de principatu totius monarchiæ. fol. 146 b.

Incip. "In colligendis dubiis glosarum et doctorum."

In fine, "Explicit tractatus de principatu totius monarchie per dominum Jo. de Lygnano editus."

 Tractatus de electione Urbani Papæ Sexti, auctore Baldo [de Ubaldis, Perusino.]. fol. 1.57.

Incip. "Civitas Dei militaris in te, reverendissime, superborum fastu vexatur."

 Bartoli a Saxoferrato de Testibus tractatus. fol. 177.

Incip. "Testimoniorum usus frequens et necessarius est."

Exstat in Tract. Jur. Univ. tom. iv. p. 63.

 Constitutionum, sive Provincialium libri quinque ex Peccham aliisque archiepiscopis Cantuariensibus collecti. fol. 184 b.

> Incip. "Ignorantia sacerdotum; et primum, ne quis per ignorantiam se excuset."

 Joannis de Platea, sive Platei, Bononiensis, tractatulus de clausula in fine libellorum apposita. fol. 229.

Incip. "Nunc dicamus de clausula, qui (sic) in fine libellorum apponi consueverant."

- "Notabilis theoricha circa electiones." fol.232.
 Incip. "Die electionis adveniente dicatur missa."
- Ottoboni Cardinalis de Concubinis constitutio. fol. 246.
- Qualiter archidiaconus debet se habere in sua visitatione. fol. 247.

Incip. "Primo notandum est, quod archidiaconum."

 Charge delivered at the visitation of an archdeacon. fol. 252 b.

Beg. "Maisters itt ys so nott unknown vnto you."

LXIV.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 246, sec. xv.; olim Jacobi Goldwell, coll. Omn. Anim. socii, postea episcopi Norwicensis.

Gulielmi Horboch, Alemanni, Decretorum doctoris, Conclusiones, sive decisionum auditorum Rotæ Romanæ collectio, cum præfatione.

Exstat præfatio impressa, in catalogo codd. MSS. Arundel. num. 468, fol. 1.

Incip. opus, "Quod innovata appellatione."

LXV.

Chartaceus, in folio, ff. 334, sec. xv.; olim Gulielmi Leysot, postea vir. cl. Gulielmi Blackstone.

Registrum Brevium, cum titulis margini adpositis.

In initio codicis est notitia sequens, manu forsan vir. cl. G. Blackstone scripta, "This book was written in the first year of one of the Henry's, as appears from the test to the writ of right patent, which in all the printed editions I have seen usually marks the date of the edition. Probably 1 H. 4. 1399 from his stile, and because the queen consort's name in the next writ is Anne, which was the name of Richard 2 queen; and Henry had then no wife. In the edition 1531 the queen's name is Katherine."

LXVI.

Chartaceus, in 4to, ff. 200, sec. xvII.; ex dono [Stephani?] Boughton.

Adversaria juridicialia ad jus et civile et canonicum spectantia, ex Institutionibus, Pandectis, etc. plerumque collecta, partimque in ordine alphabetico digesta.

Incip. "Contexuerat historiam eorum."

LXVII.

Chartaceus, in folio, ff. 210, sec. xv.; binis columnis descriptus.

Vocabularium juridiciale, sive repertorium de verborum in jure utraque usitatorum significatione.

Incip. "A. preposicio est, et an sumatur." Desinit a fine litteræ J. in voce "Juxta."

LXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 287, secc. xiv. ineuntis et xv.; binis columnis exaratus.

 Claudii Galeni in Hippocratis Aphorismorum libros septem commentarii, Latine versi per Constantinum Africanum. fol. 1.

In fine, "Explicit commentum Galieni super librum Afforismorum Ypocratis; Deo gracias."

 Ejusdem in Hippocratis Prognostica commentariorum libri tres. fol. 43.

Præmisit manus aliquantulum recentior notitiam istam, "Qui voluerit scire dicta Ypo. in isto libro, oportet quod exercitet se in libro de crisi et criticis diebus;" cf. infra librum de crisi ad fol. 183.

 Ejusdem in Hippocratis librum de regimine acutorum commentarii, cum notulis marginalibus. fol. 61.

In calce, "Finitus est tractatus expositionis G. qua exposuit librum Ypocratis de regimine egritudinum acutarum."

 Ali Ben Reduan, sive Haly Rodoani, Ægyptii, in Tegni, sive Galeni artem parvam, expositio, interprete Gerardo Carmonensi. fol. 81.

In fine, "Expleta est expositio Haly ab Erodoan super illud, Quod clausum erat ex libro artis parve G."

 "Nomina librorum, quas transtulit magister Girardus Cremonensis in Toleto." fol. 109.
 In fine, "Bernardi de Gordonio de gradibus" tractatulus; man. sec.

Incip. " Gradus est sex decupla."

- Galeni de Sanitatis ingenio libri quatuordecim ad Neronem, prævio argumento, cum notulis marginalibus, interprete anonymo. fol. 111.
- Ejusdem de Crisi libri tres, interprete [Gulielmo de Morbeka.] fol. 183.
- Petri Hispani super diætas particulares liber. fol. 216.

Incip. "Circa ingressum scientie dietarum particularium septem sunt determinanda."

In calce, "Explicit tractatus a magistro Petro Hyspano editus supra dietas particulares. Deo gratias." In fine codicis sunt membranæ duæ epistolas septem continentes, quæ inscribuntur, excepta prima, cujus initium abscissum fuit et quæ desinit, "in Domino liberam tribuas facultatem."

b. "Arelatensi episcopo." Incip. "Cum apud sedem apostolicam."

c. Episcopo Vercellensi.
Incip. "Dilectus frater R. Alexandrinus miles."

d. Epobriensi episcopo. Incip. "Que fraternitatis."

e. Corredo et Petro, quondam filiis Malebranche.

Incip. "Ad dissolvendum, quod factum."

f. Episcopo Albanensi (?) Incip. " Que nobis exibite littere."

g. Mutinensi episcopo.
Incip. "... de consuetudine."

LXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 164, sec. XIII. exeuntis; binis columnis exaratus.

- Isaaci Judæi liber de febribus, cum prologo notulisque marginalibus instructus; interprete Constantino Africano. fol. 1.
- Ejusdem liber de gradibus, eodem interprete. fol. 31 b.
- Ejusdem liber diætarum universalium, eodem interprete. fol. 33.

In fine, "Expliciunt diete universales anno Domini mo. cco. octuagesimo in Septembri in vigilia sancti Mathei."

- Ejusdem diætarum particularium liber, eodem interprete. fol. 56 b.
- Ejusdem de urinis liber, eodem interprete. fol. 77.
- Ejusdem de definitionibus liber, eodem interprete. fol. 91.
- Ejusdem de elementis liber, prævio prologo, eodem interprete? fol. 94 b.
- 8. "Aggregationes de crisi et creticis diebus et de pronosticatione, secundum magistrum B[ernardum de Gordonio.]" fol. 105.

Incip. "Circa artem pronosticationis quatuor sunt notanda." Liber medicinarum fortiorum in usum pauperum descriptus, brevi prologo. fol. 113 b.

Incip. prol. "Opusculum istud propter amorem Domini nostri Jhesu Christi factum ad utilitatem pauperum."

In calce, "Expliciunt forciores medicinarum Deo gracias; anno Domini mº. ccº. lxx.x."

 "Glossule super Antidotarium Nicholai [de Hostresham] a magistro Johanne de S. Amando composite." fol. 129.

> Incip. "Operacio medicine consistit in tribus secundum Johannicium."

LXX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 96, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Joannis Racour, postea M. Girardi, deinde Ricardi Trewythyan, et denique Nicolai Halswell, coll. Omn. Anim. socii.

"Liber Serapionis aggregatus in medicinis simplicibus, translatio Symonis Januensis, interprete Abraam Judeo Tortusuensi de Arabico in Latinum," cum tabulis notulisque marginalibus instructus.

In calce, "Explicit liber agregationum Serapionis virtutis simplicium medicinarum."

LXXI.

Membranaceus, in folio, ff. 183, sec. xiv. ineuntis; binis columnis exaratus.

- Johannitii Isagoge ad Galeni Tegni, sive artem parvam. fol. 1.
- Philareti de pulsibus libellus. fol. 4 b.

In calce, "Explicit liber Philareti de negocio pulsuum."

 Liber de judicationibus urinarum a voce Theophili [Protospatharii, interprete Pontico Virunio.] fol. 6.

Sequentur notulæ ad medicinam spectantes manu recentiori.

 Hippocratis Aphorismorum libri septem cum commentariis Galeni, interprete Constantino Africano, cum ejusdem Constantini prologo ad Glauconem. fol. 13. Ejusdem Prognostica cum Galeni commentariis, eodem interprete. fol. 64 b.

> Deficiunt a verbis, " quæ ex eis sunt, mala significant."

 Ejusdem liber de regimine acutorum, cum Galeni commentariis, eodem interprete. fol. 87.

Incip. abrupte a verbis, " et scias, quod virtus hore in omnibus egritudinibus."

In fine, "Explicit regimen acutarum egritudinum præter quartam particulam, quæ particula sequitur post."

7. Galeni Tegni, sive Ars parva, interprete [Gerardo Carmonensi.] fol. 113 b.

In fine, "Explicit Tegnus G. cum commento Haly.

Hic liber est scriptus . qui scripsit sit benedictus,

Finito libro . reddatur laus et gloria Christo."

Sequentur notulæ manu recentiori super libros supradictos, etc.

LXXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 6 et 294, sec. xiv. exeuntis; binis columnis sed haud una manu exaratus.

- 1. Kalendarium. fol. 3.*
- Nicolai [de Hostresham] Antidotarium, sive Practica medicinæ. fol. 1.

Incip. "Ego Nicholaus rogatus a quibusdam in practica medicine studere volentibus."

Incip. lib. "Aurea Alexandrina, aurea dicitur Alexandro peritissimo.

Desin. "fiat electi per frustra cum aqua; Cud. et Rasis. q. s."

Cf. Mesuæ opp. 1589, app. fol. 159.

 Joannis Damasceni Aphorismorum liber in partes duas distinctus, cum Isidori commento perpetuo. fol. 67.

In fine, "Expliciunt Amphorismi Johannis Damasceni filii Serapionis cum commento Ysidori."

Avicennæ de viribus cordis et medicinis cordialibus liber translatus a magistro Arnaldo 'Barchuone,' [Barcinone, sive de Villa Nova.] fol. 90.

In fine, "Explicit tractatus Avicenne de medicinis cordialibus translatus a magistro Arnaldo de Villa Nova."

 Averrois Opus, quod 'Colliget' dicitur, in libros septem distinctum cum prologo; interprete anonymo. fol. 99.

In fine, "Explicit liber Mehemet Averrois, qui Colliget nominatur; Deo gratias, Deo gratias."

 Avicennæ Cantica, cum Averrois commento perpetuo, in Latinum versa per Armegandum Blasii. fol. 177.

Tit. "Incipit Beroist super cantica Bencine."

In calce, "Explicit translacio canticorum Avicenne cum commento Averroys facta ab Arabico in Latinum a magistro Armegando Blasii de monte Pessulano magistro in medicina anno incarnationis Verbi mº. ccº. lxxxiiij; Deo gracias."

 Abbreviationes Avicennæ in librum Animalium Aristotelis in libros novemdecim distinctæ, Latine versæ per Michaelem Scotum, et Frederico II. Imperatori dicatæ, cum tabula posthabita. fol. 221.

In fine, "Explicit liber Avicenne de animalibus; laudetur virgo Maria, Amen, Amen."

 Alberti Magni de somno et vigilia liber, in partes tres divisus. fol. 269.

Exstat inter opera ed. Lugd. 1651, tom. v. p. 64.

9. Ejusdem de spiritu et respiratione liber primus. fol. 291 b.

Exstat ibid. tom. v. p. 139.

Deficit, a verbis, "quod substantiam Spiritus in semine designat, qui."

Præmissum est codici a bibliopego fragmentum rotuli curiæ Scaccarii (?)

LXXIII.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 274, sec. xv.

Petri de Azzelata, Bononiensis, de Chirurgia libri sex "secundum modum," ut legitur in fine libri secundi, "Avicenne de capitulo in capitulum;" cum capitulis unicuique libro præmissis.

In fine subject manus recentior medica quædam, sub titulo "Distinccio tertia quarte partis præsentis Philomene," etc.

LXXIV.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 266, sec. XIII. exeuntis; binis columnis haud una manu exaratus.

- [Isaaci Judæi] diætarum universalium liber, cum notis marginalibus, interprete anonymo; in initio mutilus. fol. 1.
- Ejusdem diætarum particularium liber, interprete anonymo, cum notis instructus. fol. 52.

In fine manu altera scripta sunt recepta medicinalia, etc.

- Ejusdem de febribus liber, interprete Constantino Africano, cum ejusdem Constantini prologo, et notulis instructus. fol. 82.
- [Omniboni?] Ferrarii liber de febribus, cum notulis marginalibus. fol. 146.

Incip. "Febris, ut testatur Johannicius, est calor."

 Aristotelis, ut fertur, ad Alexandrum de Sanitate servanda epistola, a Joanne Hispalensi *Latine* versa, cum ejusdem Joannis epistola ad G. ep. Hispanensem dedicatoria. fol. 158 b.

In fine, "Explicit medicina Aristotelis."

Præmittitur tetrastichon, cujus versus
prior est abscissus, secundus est,

"Mittit Alexandro servatus ut ille tenore."

De electuariis, etc. fol. 159 b.
 Incip. "Electuaria calefacientia sunt hæc."

De conferentibus et nocentibus. fol. 160.
 Incip. "Conferent cerebro soni delectabiles, muscus, cubebe."

In calce,

"Confert atque nocet . quod liber iste docet."

 Dictionarium medicum, sive Herbarum etc. catalogus cum proprietatibus suis, cum præfatione et notis instructum. fol. 162.

Incip. præf. " Circa instans negocium :

specialibus medicinis nostrum versatur propositum."

Incip. opus, "Aloe calide et sicce complexionis."

- [Platearii Salernitani] de causis, curis signisque ægritudinum, cum præfatione. fol. 195. Exstat impress. Lugd. 1525.
- Anonymi cujusdam, forsan ejusdem auctoris, liber de ægritudinibus et remediis, prævia præfatione brevi. fol. 220.

Incip. præf. "Sicut ab antiquis habemus auctoribus et eorundem ratio."

Incip. lib. " De dolore capitis. Primo ergo de dolore capitis dicamus."

 Tabula medicinarum simplicium, [auctore Joanne de Sancto Paulo,] cum prologo. fol. 238 b.

> Incip. prol. "Cogitanti michi de simplicibus medicinis et earum virtutibus."

Lexicon physicum. fol. 241.
 Incip. "Alphita farina ordei idem est."

Desin. "Zirbus omentum ut in o."

13. De physiognomia libellus. fol. 251.

Incip. "Prima autem phisionimie divisio atque discrecio est ea."

In calce, "Explicit Phisionomia."

 Libellus de unguentis, pulveribus et pillulis. fol. 257 b.

Incip. "Pomum ambre divitum sic fit."

In fine manus altera supplevit versus
quasdam de Sinapeos et Ysopi virtutibus.

Incip.

" Extrahit humores viscosos extenuatque."

LXXV.

Codex chartaceus, in folio, ff. 11 et 281, sec. xv., binis exaratus columnis; utrinque mutilus.

Liber consiliorum medicorum, præcipue secundum Antonium Cermisonum et Bartholomæum de Montagnana, cum indice alphabetico præmisso.

Inserti sunt ad ff. 33, et 39 b.;

- a. Tractatus de venenis secundum Petrum de Hebano (sive Apono); sæpius impressus.
- b. Galeni de virtutibus Centaureæ libellus.

LXXVI.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 229, sec. xv.; olim Joh. Rackar, seu Racour, coll. Omn. Anim. socii.

 Liber chirurgiæ, "anno 1180, ut in initio scribitur, non a magistro R. tantum sed a tribus aliis cum eo," prævio prologo. fol. 1.

> Incip. prol. "Sicut dicit Constantinus in Pantengni humoris."

> Incip. lib. "Liber iste dividitur in prohemium et tractatum."

- Liber de virtutibus simplicium herbarum, auctore Joanne de S. Paulo, cum prologo. fol. 93 b.
- Liber chirurgicus de craneo, tumoribus, hemeroidis, etc. fol. 109.

Incip. "De signis lune et de craneo. Nota quod in augmento lune."

 Liber de modis medendi, et quot et quibus modis medetur, prævia capitulorum elencho. fol. 166.

Incip. "In medendis corporibus variis sepe molestamur incommodis."

 "Experimenta parata per magistrum P[etrum] Yspanum." fol. 197.

Incip. "Vidi hominem xlv. habentem os distortum."

 Anonymi cujusdam liber, qui dicitur "Ars completa chirurgiæ," in tractatus quinque distributus, cum præfatione et titulis uniuscujusque tractatus præmissis; manu altera. fol. 213.

Incip. præf. " Protector in ipso sperantium Deus excelsus et gloriosus."

Incip. liber, "Tractatus primus, Doctrina prima, capitulum primum. Primus tractatus continet de cirurgia regulas et capitula. Omne quod volumus investigare."

Deficit in cap. iii. Doctr. iii. tract. 1., a verbis "ejus debilitatem omni le"——

LXXVII.

Paper, in 4to, ff. 142, xvi. and xvii. Cent.

Book of alchymical receipts, from a collection by Dr. Schröder: in German.

- 2. Receipts of a similar character; in French. fol. 31.
- Chymical receipts from Raymond Lullius and others, by different hands; in French. fol. 54.
- Sylva Sententiarum, or Chirurgical aphorisms, translated from the Latin of Matthæus Narbatius, by Robert Turner. fol. 64.
- 5. Approved cures, by the same. fol. 119.

LXXVIII.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 301, sec. xv.; olim Joannis Racour, collegii Omn. Anim. socii.

 Ægidii monachi, ordinis S. Benedicti, carmen de urinis cum commentariis, forsan Joannis Racour. fol. 1.

Incip.

"Dicitur urina quoniam sit renibus una."
Incip. comment. "Istud opusculum
prima sua divisione dividitur in duas partes."

In calce,

- "Finito libro. reddatur gracia Christo; quod Racour."
- 2. Philareti medici libellus de pulsibus. fol. 37.
- Anonymi cujusdam in Ægidium de urinis commentarius. fol. 39.

Incip. "Dicitur urina; Liber iste est liber nove institucionis."

Deficit a verbis, "Sanguis enim cum sit calidus et rubeus vergens in purpure . . ."

 Abubecri Rasis liber, qui dicitur Almansor, nona pars de ægritudinibus in capita nonaginta distincta cum Gerardi de Solo expositione. fol. 56.

Tit. "Nona pars Almansoris Rasis cum expositione Gerardi de Solo."

Incip. "Rubrica generalis istius libri est talis, Incipit pars nona de egritudinibus, que accidunt a capite usque ad pedes."

In fine, "Explicit totalis expositio Gerardi de Solo super nonum Almansoris Rasis."

Exstat opus istud impress. Lugd. 1504.

LXXIX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 166, sec. XIV.; binis columnis exaratus, initio mutilus; olim Eliæ Stoke.

Gilberti Anglici Laurea Medicina, sive compendium Medicinæ, de morbis universalibus et particularibus, libris septem.

Prodiit Genevæ, in 4to, 1608.

In fine, "Explicit compendium; Deo gratias et beate Marie; Amen."

Sequitur tabula alphabetica, manu recentiori descripta.

LXXX.

Codex, partim membranaceus partim chartaceus, in 4to minori, ff. 184, sec. xv., haud una manu exaratus; olim Will. Godwyn, postea Othonis Polwhele, et deinde Narcissi Luttrell.

 Henrici de Amondavila, sive Amanda Villa, anno 1306 chirurgi Philippi IV. regis Francorum, Anathomia. fol. 3.

> Incip. "Quoniam valde esset cuilibet cirurgico sumptuosum librum habere."

- Notitia de loco quodam in Bernardi de Gordonio super urinas libro. fol. 22.
- Joannis Damasceni Aphorismorum liber ad filium. fol. 23.
- 4. [Gerardi Carmonensis?] opusculum de regimine Sanitatis, sive Introductorium juvenum. fol. 27.

Incip. præf. "Carissimis filiis amicis et dominis tot salutes."

Incip. opus, "Regimen corporis humani est quintiplex."

 Receptæ magistri Jordani de Turre in monte Pessulano factæ per ipsum suo filio ad practicam eunti anno Domini 1318. fol. 47.

Incip. "Et primo quoad quassaturas et inflaturas."

6. "Introductorium juvenum in practicam provectis [?] in theorica provectis supra primam Fen quarti canonis Avicennæ, compositum per magistrum Dyernum Alberti

decanum venerabilis studii montis Pessulani magistrum excellentissimum in medicina." fol. 55.

Incip. "Multorum vocibus inclinatus, ut super quartum canonem receptas formarem."

7. Versus medicinales a magistris et doctoribus Salernitanis in Apulia scripti Karolo Magno Regi Francorum, in quinque partes distincti cum prologo. fol. 76.

Cf. Scholam Salernitanam ab Alexandro Croke, equite aurato, anno 1828 editam.

8. Medicinalia quædam de digestione et evacuatione. fol. 110 b.

> Incip. "Quæritur utrum electuarium debet dari ante cibum vel post."

9. Ricardi [Anglici] regulæ de urinis. fol. 127. Incip. "Circa urinas hæc attenduntur generalia et principalia."

In fine, "Explicient urine Ricardi."

10. Herbarium, sive index herbarum, etc. ordine alphabetico. fol. 134.

Incip. " Aaron; a. 150."

LXXXI.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 260, secc. xv. et xvi.; initio mancus.

- 1. Præscripta medicinalia; Angl. Lat. fol. 9.
- 2. Hermetis regis Græcorum Secreta secundum transmutationis naturam. ff. 18 b.-52 b. 17. Cf. Bandin, catal, codd. Laurent, Latt.

tom. ii. col. 33.

In fine, "Explicit Ycocedron philosophiæ."

3. Sexta particula Arnaldi de Villa Nova, in qua capitula tredecim. fol. 55.

Incip. "Postquam dictum est supra in pleno introductorio."

- 4. Capitulum de septem planetis. fol. 74. Incip. "Gloriosus Deus in omnibus."
- 5. Versus viginti duo alchymici, auctore Conrado de Hildenser, nonnullis subjunctis præscriptis ejusdem naturæ. fol. 98.
- 6. Joannis de Rupescissa, Ord. Minorum, de quinta essentia libri duo. fol. 100. Exstant impress. in 8vo. edit. Basil. 1597.

7. "De virtutibus et operationibus septem herbarum secretarum per ordinem, et quomodo per eas fiunt mirabilia:" in English, apparently drawn from the books of Kyranus Kyranides. fol. 133 b.

> Beg. "Alaxus Affrike disciple of Robert Claddere of the worthye studie."

> At the end, "Explicit tercius liber de generalibus remediis et de aliis secretis secretorum."

8. Liber, qui dicitur, Alkandrinus, in partes duas distinctus, quarum prior agit de judiciis, altera de natura stellarum, planetarum et signorum. fol. 145 b.

> Incip. 1. "Cum sint 28 mansiones lune, secundum 12 signa in firmamento."

> Incip. ii. "Stella, que est in orbe non differt ab orbe."

> In fine, "Explicient judicia signorum et planetarum per manus D. R. 1474, cujus anime propicietur Deus; Amen."

9. De horis signorum et planetarum ; fragmentum. fol. 188 b.

> Incip, " Et nota quod Saturnus Martem metuit."

10. Somnia Danielis Prophetæ, quæ exposuit Babiloniæ; ordine alphabetico cum introductione brevi. fol. 193.

> Incip. introd. " Et sciendum est veraciter, quod somnia fiunt."

Incip. "Ayerem videre serenum, lucrum significat."

Cf. Salomonis et Danielis Somnia, Venet. 1516.

11. Treatise on chiromancy, from the Latin of Aurelian, by John Meteham, with prologue. fol. 202.

> Beg. "Tales Milesies, the wyche was the fyrste phylosophyr."

> At the end, "Thus endyth mye auctor doctor Aurelian in laten, and thus I ende in englysh, under the supportacion of my mastres in this science; per Jon. Meteham."

> And after this, "Iste liber constat Thome Moyll, filio Joanni Moyll, armigero."

12. "The knoyng off dremys by the sayng and probacions of wysse clerkys, by rule of thes lettres in the sauter in euerye psalme." fol. 213 b.

Beg.

"A. Betokyns mygt and powere."

Liber de physiognomia. fol. 215.
 Incip. "Elegans est physiognomia nature cognicio."

 Liber de somniorum interpretatione, ordine alphabetico. fol. 232.

> Incip. "Apes vel aves videre et cum eis pugnare."

In fine, "Quod Simon Schyryngham."

15. Joannis Philosophi liber, qui dicitur, Summa Chiromantiæ, cum tabulis, ex codicibus philosophorum compilatus. fol. 240.

Incip. " Quoniam, revelante Domino, in

cujus pectore sunt omnes."

In fine, "Orate pro anima domini Simonis Schyringham; cujus anime Deus propicietur; Amen."

- 16. Index nominum alphabeticus. fol. 260. Incip. "Adam, i. 7."
- 17. Treatise on heraldry. fol. 262.

Beg. "Afftyr thopynion of summe of holde descryveris or blasoners of armys, ther bene none armys propyrly but if thei haue."

After this occur two or three forms of deeds of no moment.

LXXXII.

Codex membranaceus, in forma oblonga, ff. 149, sec. XIII.; olim Henrici Penworth.

- P. Virgilii Maronis opera, scilicet,
 - 1. Bucolicorum liber. fol. 1.
 - Georgicorum libri quatuor cum argumentis tetrastichis, Ovidio fere adscriptis, instructi. fol. 10 b.
 - Æneidum libri duodecim, cum Scholastici cujusdam argumentis hendecastichis, Ovidio tributis, necnon notulis marginalibus illustrati. fol. 36.

Præmittitur margini adfixum, tetrastichon istud, "Ille ego qui quondam;" etc. Fini subjiciuntur,

- a. Carmen Octaviani Cæsaris de Virgilio.
- b. Virgilii versus ad Imperatorem.
- c. Ovidius in Virgilium.
- d. Virgilius de semetipso.
- e. Exprobatio in vetulam, versibus leoninis,

Incip.

- "Quatuor ut memini fuerant tibi, Delia, dentes."
- f. Argumenta in Æneidem menosticha, Basilio fere tributa.

LXXXIII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 173, sec. xv., nitide exaratus; mutilus.

Lucii Annæi Senecæ, Cordubensis, Tragædiæ decem.

In fine, "Explicient decem Tragedie Senece."

Evulsit nebulo quidam, literæ gratia illuminatæ, unumquodque folium, quod tragædiæ cujusque initium continebat.

LXXXIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 240, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; olim Joannis Stokes, coll. Omn. Anim. custodis quinti.

Aristotelis Ethicorum libri decem, Latine versi, cum Joannis Dedecii commentariis perpetuis, proœmio et capitulorum contentis uniuscujusque libri præmissis.

Incip. proœm. "Philosophia in duas partes divisa, dico autem in theoricam et practicam."

Incip. comment. "Consuete Aristotiles universale preordinat in presenti doctrina."

Desin. "animabus bonum amantibus et Dei formissimis."

In calce, "Benedictus sit Jhesus Christus filius Dei vivi. Amen. Amen."

LXXXV.

Membranaceus, in 4to majori, ff. 293, anno

1428 manu Alberti Geldrop, Brabantini duabus columnis exaratus.

 Joannis Scharpe quæstiones in Aristotelis Physicorum libros octo. fol.

> Incip. "Questio circa primum physicorum est hec, utrum tria tantum sunt."

> In fine, "Expliciunt quæstiones magistri Joannis Scharpe super libros phisicorum, nacionis Almanie superioris; scripte per manus Alberti Geldrop, Almanie inferioris."

"Liber de potenciis anime breviter compilatus secundum [Walt.] Burley." fol. 88.

> Incip. "Bonorum honorabilium, etc. Ut dicit philosophus secundo de anima."

In fine,

- "Explicit hoc totum . de virga da mihi potum."
- Joannis Scharpe de anima tractatus. fol. 96.
 Incip. "Utrum anima inte . . . sit quodammodo."

In fine,

- "Detur scriptori pro penna pulchra puella."
- Tractatulus de divisione entis. fol. 133.
 Incip. "Attende circa divisionem entis."
- Tractatulus de longitudine et brevitate vitæ. fol. 134 b.

Incip. "De eo autem, quod est esse."
In fine, "Aelbertus Geldrop me scripsit."

 Francisci (de Mayronis?) super Aristotelis Ethicis commentarius. fol. 136.

> Incip. "Auditu auris audivi; etc. Quia vero divina pertinet."

- Tractatulus de toto et parte. fol. 171.
 Incip. "Secundum quod pars et totum."
 In calce, "Explicit tractatus de toto et parte, finitus in crastino venerabilis sacramenti."
- "Tractatus de duobus principiis, scilicet de materia et forma." fol. 171 b.

Incip. "Notandum quod tantum sunt duo principia."

"Tractatulus de finito et infinito." fol. 173.
 Incip. "Circa finitum et infinitum."

 "Tractatulus parvus de morte subtilissimi et erudientissimi summi Philosophi Aristotelis, qui alio nomine intitulatur, De pomo Aristotelis." fol. 173 b.

Incip. "Cum homo creaturarum."

11. Tractatus de partitionibus entis. fol. 176 b. Incip. "Utrum veritas cum entitate."

In calce, "Finitus est iste liber anno Domini m. cecc. xxviij. in crastina sancti Barnabe apostoli anno regis Henrici sexti, per manus Aelberti Geldrop nacione Brabancie, ad laudem Dei, virginisque Marie, Katherine, Barbare, atque sancti Kenelmi martiris gloriosi."

Sequentur,

" Quidquid agas prudenter agas, et respice finem;

Omnibus adde modum, modus est pulcherrima virtus.

Scribere vesani, sed quid melius potui vi, Hune scripsi librum, de vino da michi potum."

 Antonii (Andreæ) in Aristotelis Metaphysicorum libros duodecim commentarii, cum tabula capitum posthabita. fol. 185.

Exstant impress. Paris. 1495, et alibi.

In fine, "Albertus nacione Brabancie istum scripsit anno Domini m.cece.xxvij. in crastino Re. trium Regum."

Sequitur, "Tabula (alphabetica) quæstionum Antonii super 12 libros metaphysice edita per D. Thomam Derham, monachum S. Edmundi martiris invictissimi, finita in profesto sancti Kenelmi, regis et martiris."

Subjecit manus recentior "Magistri Francisci tractatum de signis nature."

Incip. " Primum signum nature."

LXXXVI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 256, sec. XIV., binis columnis exaratus; olim Joannis Stokes, coll. Omn. Anim. custodis quinti.

Gualteri Burlæi in Aristotelis opera varia Expositiones, scilicet,

a. In Physicorum libros octo. fol. 1.

Præmittitur epistola, "amicis su

Præmittitur epistola, "amicis suis et dominis magistris et scolaribus Parisius in philosophia studentibus" dicata.

- In libros duos de generatione et corruptione. fol. 199.
- c. In libros duos de somno et vigilia. fol. 212.
- d. In libros quatuor de cælo et mundo. fol. 222 b.

In calce, "Explicit expositio W. Burley super libros phisicorum cujus anime propicietur Deus."

Sequitur tabula super libros omnes supradictos ordine alphabetico disposita.

LXXXVII.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 236, sec. xv. exeuntis; per manum J. de D. anno 1473 plerumque descriptus.

- Joannis Canonici, Angli, Joannis Scoti discipuli, Ord. Minorum, quæstiones in Aristotelis Physicorum libros octo, cum tabula posthabita. fol. 1.
 - · Incip. "Queritur hic primo, utrum substantia facta in suo conceptu."

In fine, "Expliciunt questiones Johannis canonici super 8 libros phisicorum, per manum J. de D., et finiuntur in die sancti Hillarii, anno Domini 1473, Deo gratias."

 Anonymi cujusdam quæstiones in Aristotelis de anima libros tres, cum tabula. fol. 185.

Incip. "Utrum sensus tactus sit unus vel plures."

In calce, "Et sic finiuntur quæstiones doctoris subtilis super libros de anima cujus anime propicietur Deus; Amen."

In fine est catalogus nominum custodis et aliquorum e sociis (coll. Omn. Anim. in anno circiter 1500.)

 Anonymi cujusdam de potentiis animæ secundum Aristotelem. fol. 222.

Incip. "Ut dicit Aristoteles secundo de anima."

LXXXVIII.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 112, sec. xv.; olim Walteri Hopton, coll. Omn. Anim. socii.

Quæstiones quinque morales cum expositionibus locupletissimis.

Incip. prima, "Utrum ad felicitatem sub ratione finis ultimi appetitus rationalis debeat habitualiter dirigi."

Desin. ult. "ex virtute operantibus, quod præmium nobis concedat, qui sine fine;" etc.

LXXXIX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 293, sec. xv.; binis columnis exaratus utrimque mutilus.

Roberti de Eudemodio, monachi Clarævallensis, Cato moralizatus, sive in Catonis moralia commentarii, Petro de Saluciis, ut patet ex prologo primæ parti prosaicæ præmisso, generosæ indolis adolescentulo, dicati.

Distinctum est opus in partes novem, quarum ordo est,

- Pars prima proœmialis; mutil. fol. 1.
 Desin. "proximi summus efficimur."
- Pars secunda proœmialis. fol. 2.
 Incip. "... sic generaliter ac."
- Pars tertia proœmialis. fol. 27.
 Incip. "Postquam in secunda."
- Pars quarta proœmialis. fol. 28.
 Incip. "Sequitur quarta pars prohemialis."
- Pars prosaica. fol. 28 b.
 Incip. "Itaque Deo supplica. Expeditis quatuor partibus."
- Partes metricæ quatuor. fol. 101 b.
 Incip. i. a verbis, "Secundi vocabantur Dii philosophorum."

Sequitur tabula alphabetica, initio mutila, cui succedunt "Addiciones ad tabulam, ordine alphabetico" cum præfatione.

Incip. præf. "Quoniam omnium habere." In fine, "Explicit tabula et eciam totum opus Catonis moralizati; Deo gratias."

XC.

Chartaceus, in 4to, ff. 100, sec. xv.; olim, anno 1457, Joh. Dryelle, coll. Omn. Anim. socii.

Anonymi cujusdam in Boethii libros quinque de Musica commentarii, cum introductione, hic illic mutili.

Incip. introd. "In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, etc. Quanquam ad aliquam disciplinam fit præfacione accedere." Incip. comment. in procem. "In isto prologo tria Boecius specialiter manifestat."

Incip. comment. in lib. i. "Expeditis prohemiis primi libri musice Boecii."

Desin. a verbis, "sed longe secus angusto timpanizante in cena a quodam milite probrose dictum est."

XCI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 229, sec. xv. manu J. R. Marchall, ut videtur, binis columnis exaratus; olim Jacobi Goldwell, episcopi Norwicensis et quondam coll. Omn. Anim. socii.

Francisci Petrarchæ, Poetæ Laureati, de remediis utriusque fortunæ libri duo per modum dialogi, prævio prologo et capitulis posthabitis.

Exstant impress. inter opera, Basil. 1554, tom. i. p. 1.

In fine, "Explicit liber Francisci Petrarche, poete laureati, de remediis utriusque fortuna. J. R. Marchall."

In calce codicis, Fragmentum, ex libro quodam juridiciali desumptum, de stipulationibus et obligationibus, de homicidio, etc.

XCII.

Membranaceus, in folio, ff. 164, sec. xiv. exeuntis, duabus columnis exaratus; olim Thomæ Lay.

Ægidii de Columna, episcopi Bituricensis, de regimine Principum libri tres, prævia ad Philippum primogenitum et hæredem domini Philippi (IV.), regis Francorum, præfatione.

In fine, "Explicit liber de regimine Principum editus a fratre Egidio, ordinis fratrum heremitarum Augustinorum."

Sequitur Tabula librorum supradictorum alphabetica, auctore Thoma Abyndon.

In fine, "Explicit tabula de regimine Principum secundum Egidium edita a fratre Thoma Abyndon."

XCIII.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 283, anno 1465, manu Mariani Georgii Benedicti de Magistris scriptus; olim Jacobi Goldwell, episcopi Norwicensis, et antea coll. Omn. Anim. socii: initio mancus.

 Laurentii Vallæ de elegantia Latinæ linguæ libri sex. fol. 1.

Incipit abrupte in verbis prologi, "cujus rei quantum conjecturæ."

In fine,

" Detur pro penna scriptori pulchra puella."

Deinde, "Scripsit Marianus Georgii Benedicti de Magistris, Romanus civis, et finivit anno millesimo, quadringentesimo sexagesimo quinto, mensis Maii die xxiij. indictione xiij. Pontif. s. domini Pauli, divina providentia Papesecundi, pontificatus sui anno primo."

 Ejusdem "Liber septimus de notulis Raudensis ad Jo. Tortellium, papæ Nicolai quinti cubicularium," cum prologo; ordine alphabetico. fol. 229.

Præmittuntur codici, "Emptus Rome anno Domini m.cccc.lxvij. per Jacobum Goldwell, Legum Doctorem, pro viij. ducat. papal."

XCIV.

Membranaceus, in 4to, ff. 57, sec. xv. ineuntis.

Lini Coluccii Pierii Salutati contra maledicum et objurgatorem [Anton. Luscum Vicentinum], " qui multa pungenter adversus inclitam civitatem Florentie scripsit," Invectiva, cum prologo.

Incip. prol. "Fuit nuper per quosdam insignes et venerabiles."

Incip. invectiv. "Principio quidem sicut dictis verbis exprimitur."

Desin. "quicquid habet, expenderit et dixerit quicquid novit."

In textum inserta est Lusci in Florentinos invectiva rubris literis descripta.

In fine, "Colucii ad [Petrum Turcum] epistola; dat Florent. iii. idus Septembris. Incip. "Jussisti vir insignis, filique karissime, quod objurgatori illo petulantissimo."

Cf. Laurent. Mehus in prolegom. ad Coluccii epistolas, p. LXXXV.

XCV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 120, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

Ptolemæi Pelusiensis liber Almagesti, in distinctiones tredecim divisus, ex Arabico in Latinum versus a magistro [Gerardo Carmonensi], cum prologo et tabulis instructus.

In calce, "Expleta est dictio tricesima (sic) libri Almagesti, et cum ea completur liber Ptholomei de disciplinalibus. Laus Deo. Amen."

Cf. cod. Burn. 275, in catal. codd. Mus. Brit. nov. serie, part. ii. p. 776.

XCVI.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 41, sec. xiv.; olim Roberti Henley, coll. Omn. Anim. socii.

 Anonymi cujusdam de significatione uniuscujusque figuræ in Planetarum domibus. fol. 1.

Incip. "Cap. primum. Quod in judicio 9 sunt consideranda. Desiderantibus verum et certum judicium dare secundum gloriosam."

Desin. "in quinto decimo bonum finem." Sequuntur quædam de figurarum temperie, quæ incip. "Nunc diximus quid significet unumquodque signum."

 Liber alius de significatione figurarum in Planetarum domibus in capita centum quinquaginta divisus, cum præfatione, auctore, ut videtur, Catone quodam. fol. 16.

Incip. præf. "Nonnulli sapientes astronomiæ eruditi de quarundam celestium figurarum significatione."

Incip. liber, "In prima operis parte intencio nostra est docere 16 esse figuras."

XCVII.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 172, sec. xiv. ineuntis; olim magistri Willelmi Griffyth.

